



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput X. De opere manuali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

„ me in pœnam tuis gratis prives : quin potius illas mihi exhibere porrò pergas, ut hodie in sancta præsentia tua semper ambulare valeam.

Cellulam ordinatè componet.

Bonus, ac virtutis & perfectionis amans religiosus cellulam suam considerat, ut locum sacrum, ac Deo orationibus ac bonis operibus ab illis, qui eam hætenus ante ipsum inhabitaverunt, factis sanctificatum : ut locum in quo Spiritus Sanctus interioribus visitationibus suis non rarò illi ad cor loqui consuevit : locum, quem mundum & compositum tenere semper debet, ob reverentiam, quam debet Angelo suo tutelari, qui semper illi adest. Dicere intra semetipsum poterit.

Exod. 3. 5.

Locus, in quo stas, terra sancta est.

Psal. 25.

Domine, dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloria tue.

8.

Apoc. 21.

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.

3.

Baruch.

Angelus meus vobiscum est.

6. 6.

CAPUT X.

De opere Manuali.

Directio ista erit : Domine Deus meus, ad laborem obedientia me vocat, da mihi gratiam, ut in illo tibi placeam, ut te præsentem mihi semper habeant, ad inspirationes atque interiores visitationes tuas animum intendam, atque in omni hoc opere debito cum fervore & modestia, ad majorem tuam gloriam.

nam, animæ meæ profectum, fratrum meo-
rum ædificationem atque ad imitationem Sal-
vatoris mei Christi JESU, qui unâ cum pa-
tre suo Josepho laboravit, ut exemplum mihi
præberet, me geram. Rogo te, ò Virgo Sa-
cratissima, tuis mihi intercessionibus opem
ut feras.

Interior occupatio.

Operamini non cibum, qui perit, sed qui per- Ioan. 6. 27
manet in vitam æternam.

Quodcumque facitis, ex animo operamini, Col. 3. 23
sicut Domino.

Dum tempus habemus, operemur bonum. Galat. 6.

Operamini dum dies est, venit nox, quando Ioan. 9. 4
nemo potest operari.

Bonum facientes non deficiamus, tempore Gal 6. 9
enim suo metemus non deficientes.

Euntes ibant & flobant, mittentes semina sua: Psal. 125.
venientes autem venient cum exultatione, por- 6.
tantes manipulos suos.

Labore finito.

Recipe Domine, si placet, exiguum hunc
laborem, quem volui & conatus sum facere
ex sancta obedientia ad maiorem gloriam
tuam. Fac, ut ille mihi ad meum spirituale
profectum conducat. Virgo Sanctissima hanc
mihi tu gratiam ora & exora.

Vbi in vicem laboris manualis rei
cuiusdam describenda vacatur.

Scriptio huiusmodi argumenta plerum-
que sunt exercitia quædam spiritualia ac de-
vota, quæ quis sive pro aliis, sive pro se ipso de-

F f scri-

scribit, cui rei qui vacat, eorum dulcedinem interea etiam dum scribit, gustare contendit.

Semetipsum considerat, veluti Spiritus Sancti Secretarium, qui id, quod scribit in manus cuiuspiam amicorum ac fidelium servorum suorum ut deveniat, disponit: peregrina ac divina illa lumina sunt, quæ de cælo ab eo, illi qui scribit, submituntur.

Fore etiam cogitat, ut particeps evadat meriti bonorum operum, quæ ex eorum, quæ describit, lectione consequentur. Scriptura enim illius idem, quod magistrorum spiritualium dissertationes bonæ, efficiet: ac fructus ipsæ fortassis eò amplior erit, quòd sermo prolatus transeat ac deperat, ubi Scriptura post plurimos annos perseverat.

Directio. Mi Deus, ut sanctè & fructuosè tempus meam impendam, cum obedientiæ sanctæ merito ad ea, quæ mihi & pluribus aliis, pii ac devoti ut evadamus, usui esse queant, describenda animum intendo. Toties in ista scriptione mea glorificare te desidero, quot lineas incipiam, imo quot literas pingam. Oro te, ut acceptam habeas actionem istam, veluti per Sanctissimas ac purissimas gloriosissimæ virginis manus illam tibi nunc offero.

CAPUT XI.

De solitudine ac lectione Spirituali.

UBi in cellulam sese suam denuò recipiet mentem ad Deum hac ratione elevabit: *Eccetempus, Domine, quod religio mihi per-*
mittit,